



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Universitätsbibliothek Paderborn

Rosa In Hieme

Mertz, Martin

Antverpiæ, 1627

Capvt III. Promotio eius in Monasterium Roth.

urn:nbn:de:hbz:466:1-42750

30 VITA WILHELMI ROTHENSIS
precibus aliisque id generis cœlestibus exer-
citiis tempus terere, & animum impēdere,
laudabile duxit, suaue & iucundum exper-
tus est. Quo nomine eum plurimū commendari & extolli audiui à Sororibus
Memminganis & earum Praefecta, ad quas
Innocens frequenter ventitabat, cum ijs
de rebus sacris & cœlestibus, quibus auide
inhiabat, ardenter & inflammatō pectore
collocutus; eaque de re maximè illis gratus
fuit, ut qui feroore incensus, omnia earum
pia exercitia, ad dies solemnes & festiuos
cum magno fructu spiritus transigendos,
supra ætatis illius fidem fortiter arriperet
ac constanter retineret.

C A P V T I I I.

Promotio eius in Monasterium Roth.

S EDEBAT tunc ad clauum Abbatialem
in hoc S. Verenæ Cœnobio Roth, ma-
gni vir nominis & laudis MARTINVS ER-
MAN, Suevicæ Prouinciæ visitandæ non si-
ne magno Ordinis decore & emolumento
Præpositus: qui dilaceratam pænè Nor-
bertinæ familiæ disciplinam, præcipue suo
in Cœnobia, quantum temporis iniuria &
hominum improbitas permittebant, forti
animo omnia aggressus, resarcire omni
modo

modo & via conatus: & sanè satis multum effecit , posterisque ad maiora præstanta viam complanando struit , occasionemq; exoptatam præbuit ; rem datus ipse effetam longè præstantiorem , nisi & doctorum hominum raritas , & potentioris manus auxiliatrixis ob bellicos tumultus inopia, felicem eius cursum inhibuissent. Cùm igitur Sacerdos ille , in cuius coniectu puerum viuere indicauimus , eum non sæculo, sed Deo & diuinis natum aptumque , ex quotidiano illius viuendi modo & progres- su conieeturam faciens, liquidò perspiceret; suarum partium esse ratus , ne VVILHELMO deesset , de commoda ei statione prouidere , vbi cœptam vitæ inculpatæ militiam continuare & perficere laudabiliter posset. Occurrit inter alias laudabilis Rothensis Congregatio, Præfulis antedicti curâ & operâ singulari religiosè effulgere incipiens: apud eum igitur quia amicitia & familiaritate multum valebat , precibus & supplici intercessione , Deo interim disponente & succelum fortunante, rem eò deduxit , vt communibus votis ac calculis puer pius & ante tempus maturus in Monasterij scholam ac Conuentum susciperetur.

CA-